

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Doctor ac
Professor Theologus ... ad eundum Suavissimae Virgunculae Wendulae
Margaretae Niehencken/ Exequias Omnia Ordinum Cives Academicos sedulo
serioq[ue] invitat : P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. 27. Decembr. An. MDCLXV**

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.,

in

W. M. Niehencck.

Rost. 1665.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494005/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494005/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0004)

DFG

113.

PROGRAMMA RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS **HENRICUS Müller**

Doctor ac Professor Theologus, ad dir.

Mariæ Pastor

ad eundum

Suavissima Virguncula

WENDULÆ MARGARETÆ **Niehencken**

Exequias

Omnium Ordinum Cives Academicos

sedulò serioq; invitat

Sub Sigillo Rectoratus d. 27. Decembr.

An. M DC LXV



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILI, Academia Typographi.





Ragilem hominis conditionem,
caducam formam, bonaque
volatilia delineaturus Psaltes,
כַּיְצָרָה קִיצָּה inquit, Concin-
nè perquām L X X, וְאֵת אֲמֹדֶס פְּאֵתָה אֲמֹדֶס, sicut flos agri ita
efflorebit. Nec minus ad rem.
Arabs; Ut flos agri, sic arescat, Er-
verblühet wie eine Blume auss
dem Felde. Ponunt nimirum dum sumunt florem herbu-
læ, & dū induunt exsuunt. Unde à fluendo flores dictos,
quia citò defluant, vult Isidorus. Ex hoc caduco florum
ingenio, quis sis, discito qui cristas erigis & spiritus
induis plusquam spirantes hominē mortalem, homunc-
cio. Audi Plinium I. X XI, c. 1, qui Flores odoresq; in
diem, ait, gignit natura, magnâ, ut palam est, admonitio-
ne hominum, quæspectatissimè florent, celerrimè marcescere.
Protrudit arbor florem, speciosum initio sed mox con-
tabescerent & foliolum abjicientem unum post alte-
rum: sæpè vix natum advertas exuri abs pruina, vel
à vento abripi. Eadem te manet sors homunculæ.
Utero vix egressus materno paulatim elangues, sæpius
subre-

subrepente in tenera extinctus ætate discedis ut è theatro Comicus. Suapte ex arbore fragilitate cadit flos, ut qui ex fragili ligno fragiliorem traxit naturam. Nec extra te est situm, homo, quod te collectis sarcinis tamen subito emigrare jubet, sed in te, qui corpus mortis ex Adamo hæreditario assumptum jure tecum circumfers. His si stes, jam prudens auguraberis Lector, cur tumulum hodiernum exornemus floribus. VETERES, quod nosti, adspergebant sepulcra floribus. Mariti, inquit Hieronymus ad Pammach. super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, floresq; purpureos. Quin, qua poterant, rosas præcipue defunctis admovebant. Unde Propertii illud lib. I.

Illa meo charos donasset funere crines

Molliter & tenera poneret ossa rosa.

Quos enim mavelent flores, signandæ brevitati nostræ, quam brevissimos? De rosis Plinius lib. c. c. ii. Rosa est novissima florum, primaq; deficit. Et Poeta,

Quam longa una dies, etas tamen longa rosarum,

Quas pubescentes juncta senecta premit.

Uti ergo, quæ trienniū intra flore accepit & dedit suū BEATA animula fragilitatis tibi tuæ mortalitatisve speculū sit, en flores dedimus! Noli superbire, qui flore diuturnior nihil es cum omni tua gloria, quæ dum nitet cadit; dum apud se extollitur, repentino inter-

rupta fine terminatur. Sic namque aurarum flatu in-
altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima revoca-
tur. Sic ad nubila fumus attollitur, sed repente in ni-
hilum tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula
descendendo se erigit, sed exortus hanc solis radius,
ac si non fuerit, abstergit. Sic in herbarum superfi-
cie nocturni roris humor aspergitur, sed diurni luminis
subito calore siccatur. Sic spumosæ aquarum bullæ
inchoantibus pluviis excitatæ ab intimis certatim
prodeunt, sed eò celerius disruptæ depereunt, quò in-
flatæ citius extenduntur; cumq; excrescunt ut appare-
ant, crescendo peragunt ne subsistant. Flores insuper
Virginibus fuisse in deliciis quis nostrum nescit? Nonne
disertè Claudianus lib. 3. de laudibus Stiliconis:

Non sic Virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non fessis optantur fluminanautis,
Ult tunc adspectus populo. --- --- ---

In his legendis apud Trinacriam voluptas Proserpinæ
cum sociabus ex Fastorum IV apud Nasonem:

Illa legit calathos, huic sunt violaria curæ,
Illa papavareas subsecat ungue cornas.
Has hyacinte tenes; illas amaranthe moraris,
Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amat.
Plurima lecta rosa est, sunt & sine nomine flores,
Ipsa erogostenues, liliaq; alba legit.

Quid

Quid mirum ergò si Virgunculæ, & quæ Virguncularū
flos fuit planè eximius, feralis abs manu sive calamo
nostro intumescat floribus thorax? Prætereà florum,
olim in *nuptiis* haud postremus usus. Ipsa incedebat
sponsa coronata floribus, uti nos docent Plinius I. XIII,
c. 4. & Theocritus Idill. 18. Cum ergò NOSTRA in
Baptismo Servatori suo desponsata Sponsi sui jam ce-
perit in amplexus brachia, & ipsi noli æternitatis efflo-
rescentem, & tibi mortalitatis deflorescentem ex com-
mentatione nostra invidere flosculum. Sed ne fasti-
dio simus, audi florem mortalitatis *Nostra* quando
sumserit, & eundem quando commutatum cum flore
æternitatis posuerit. Indutâ nimirum mortalitate,
quâ vestimur omnes, florere cœpit in terris WEN-
DULA MARGARETA Anno ab instaurata per
Christum salute mortalium M. DC. LXIII d. 24. Augu-
sti. Patrem nostra est Virum Clarissimum, DN. M.
GEORGIUM Niehenc / Scholæ oppidanæ Con-Re-
ctorem benemerentissimum, Matrem fœminam le-
tissimam, sexusque sui ornamentum MARGARE-
TAM Kleinschmidt. Avo paterno claruit Viro & In-
tegerrimo & literato, HENRICO Niehenc / nomi-
nis non infimi apud Luneburgenses Mercatore, Avia
paterna ELISABETA Paris / fœmina honestissima.
Avum maternum habuit Virum Amplissimum DN.
JOACHIMUM Kleinschmidt / meritis in hanc civita-

tem consularibus etiam post fata præclarum, *Aviam*,
maternam singularis exempli matronam WENDU-
LAM KORFFS. Inter proavos quos præprimis nume-
res occurunt D.N. GERD NIEHENF / & D.N. M.
JOHANNES KORFF Osnabrugensium ille, hic Rosto-
chiensium COSS. de publico egregie meriti. Optumo
hoc luculentoq; pronata sanguine in lucem prodiit no-
stra. Quia verò Christianū generatio nō facit, sed rege-
neratio, ideo princeps parentum cura fuit, ut quæ ex
carne nata erat caro, ex spiritu & aqua renascetur
filia Dei & hæres vitæ æternæ. Et conceperant equi-
dem vitæ spem longioris, fore nimicū ut filiola sua
vissima in Dei gloriam suumq; adolesceret gaudium,
sed visum aliter summo rerum omnium arbitro atque
moderatori Deo, cuius voluntate factum, ut illa in
ipso ætatis flore extincta paucorum annorum decursu
longa impleret tempora. Exsutâ enim mortalitate,
& abjecto per mortem flore hujus vitæ, quem nativi-
tas dederat, caduco, florere illa cœpit in cœlis curren-
tis anni d. 22. Decembris. Sic NATA, RENATA,
DENATA, quæ nostrum omnium vita est. *Nasci-*
mur in mortalem, renascimur in spiritualem, denasci-
mur in æternam, siquidem renati denascimur, vitam.
Non est, *Vir præclare*, quod filiolæ tuæ mellitissimæ
discessum luctu prosequaris immodico. Mortua illa est,
abs te mortali Parente mortalis progenita. Hac condi-
tione

tione intraverat, ut exiret. Gentium jus omnium est
quod acceperis reddere mutuatum. Æs alienum
vita est, restituendum creditori cum ille poposcerit.
Venit, Vedit, Vicit, de quo quod gratuleris & tu &
tibi multum equidem habes, ast quod conqueraris o-
mnino nihil. Præivit illa, sequeris tu. Nec prima illa,
nec ultima. Antecesserunt eam multi, sequentur o-
mnes. Cur, quam tibi vitæ satur optas indies Tu &
videres requiem? Sed juvenis, inquis, mortua est. Be-
nè, Ergò fortassis alicui subducta malo, si nulli alii, cer-
tè, quæ sola malorum Ilias est, vel senectuti. Ò ignaros,
admitte consolatorem Senecam, malorum suorum,
quibus non Mors ut optimum inventum naturæ laudatur:
quæ sive felicitatem includit, sive calamitatem repellit, sive
satietatem aut lassitudinem senis terminat, sive juvenile-
rum, dum meliora sperantur, in flore dedit; sive pueri-
tiam infantiam ve ante duriores gradus revocat, omnibus fi-
nis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius
merita, quam de his, ad quos venit, antequam invocaretur.
Hæc ruminando luctum intra coërcebis modum atque
terminum. Nos contestando dolori ac ostendendæ
benivolentiæ, quæ nostri fuerint officii, minimè ne-
gligemus, tenerrimo funeri frequentes ituri exse-
quias. Quod uti cum ingenti faciatis animi prolu-
bio, seriò abs Vobis, CIVES, & prolixè contendimus.
Inter eundum meditamini Bernhardi illud: *Quic-*
quid

quid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, ex de terra vivis, ex in terram reverteris, quando venerit dies illa ultima, qua subito venit, ex forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, vel ubi. Quoniam mors ubique te exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam exspectabas; Et vitam vestram veluti contemplaturi in speculo, Nazianzeni istud pensitate distichon:

Χρήσις, οὐκα, φάσια, δρόσος, πνοή, πεπληρωμή, ατμής, οὐρανός,
οἰδηφέα, πόλη, ρήση, ἵχνον, ἀνέγετα, κόνις.

Somnus, Bulla, Vitrum, Glacies, Flos, Fabula, Factum,
Umbra, Cinis, Punctum, Vox, Sonus, Aura,
Nihil.

Conventus fiet in templo Mariano post
horam Imam.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770494005/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494005/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0014)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770494005/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494005/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494005/phys_0016)



Quid mirum ergò si Virguncula, & quæ
flos fuit planè eximius, feralis abs manu
nostro intumescat floribus thorax? Præt
olim in *nuptiis* haud postremus usus. Ip
sponsa coronata floribus, uti nos docent
c. 4. & Theocritus Idill. 18. Cum ergò N.
Baptismo Servatori suo despensata Spor
perit in amplexus brachia, & ipsi noli æte
re scilicet, & tibi mortalitatis deflorescer
mentatione nostra invidere flosculum.
dico simus, audi florem mortalitatis N.
sumiserit, & eundem quando commutatu
æternitatis posuerit. Indutâ nimirum
quâ vestimur omnes, florere cœpit in re
DULA MARGARETA Anno ab in
Christum salute mortalium M. DC. LXIII
sti. Patrem nacta est Virum Clarissimum
GEORGIUM Niehenck / Scholæ oppida
etorem benemerentissimum, Matrem f
atissimam, sexusque sui ornamentum M.
TAM Kleinschmidis. Avo paterno clar
tegerrimo & literato, HENRICO Nie
nis non infimi apud Luneburgenses Merc
paterna ELISABETA Paris / foemina h
Avum maternum habuit Virum Amplius
JOACHIMUM Kleinschmidt / meritis in

X 3

